Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

n. 2.

Preterea idem Pontifex Innocentius toti Ordini Cisterciensi concessit, ut de bonis suis nemini decimas vel portionem quamlibet dare detractatur. Lugduni IV kalendas Februarii Anno Pontificatus Anno Sexto. Item concessit facultatem, in suis monasteriis scholarum omnibus, quiscam sibi elegerint, imperti-endi. Vide ad c. XVI Ad. 29. Item irritas declaravit omnes censuras ab episcopis contra Cisterciensis, latas ino etiam contra eorum familiares latas. Lugduni VII Kalendas Maji Pontificatus Anno Septimo.

et Conuentibus vniuersis Cisterciensis Ordinis Sa[nctae] et Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum et nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter Dilectissimi Filii vestris iustis precibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut in parrochiis illis in quibus veteres vobis decima fundi Novalium quoque de quibus aliquis hactenus percepit proportione qua veteres vos contingunt percipere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ausu temerario contraire. Signis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum petri et pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lugduni Quarto Idus Februarii pontificatus nostri Anno tertio.

Cum igitur Fratres eiusdem Ordinis Cisterciensis de Sancto Johanne in Stams propter frequentia negotia et diversa viarum periculia ad diversa loca prout sue necessitates exigunt deportare valeant indulgentiam suprascriptam ad ipsorum sufficionem in euidens testimonium premissorum presenti pagine sigillum nostrum duximus appendendum. Datum Augusti Anno dominicae millesimo Ducentesimo Octogesimo Tertio Sexto Idus Februarii Indictione X.a

145) Manriques Annal. t. I in serie Abbatum Cisterciensium: Hic et alia Bonifacius cum vidisset, fecisset que: tandem deposita cura pastorali circa annum 1255 baculum cum privata vita commutavit. Sed multo post ad primos Patres apponitur 18 Kalendas Octobris. Hos habet versus:

Inde Bonifacius, sic dictus ex bene factis,
Aequatur merito Patribus super astra beatis.

Sed quoniam hoc caput ultra annum 1250 non ponendum, de obitu B. Bonifacii sermo redibit infra c. XXI.

145) Manriques Annal. t. I in serie Cisterciensium ex Matthaeo Parisio. Sub ipso Odonis episcopi Cesar, cum jam satis ea[...] Fredericus Cesar, cum jam satis ea[...] ...ssset, tandem preter expectatio[...] ...ssent, possidens in Cisterciensi habitu [...] Hactenus hac in dubium vocare [...] Tassis Compilat. ait: Frider[...] ...ssium, quod Matthaeus Parisien[...] ...ano in cuncta Cisterciensi magn[...] ...obiisse, hoc loco plane a me pro[...] ...fuit: quamquam Narratio ista su[...] ...pugnam videtur. Sed ita, hoc[...] ...ter esse Augustus in vesse Ordini[...] ...quod unice agam, Nos digna est. [...] Sed quis cognovit sensum Domini? [...] ...sane incerta, neuallorum exemp[...] ...ingenio ludere. Neque mihi an[...] ...quam probabile id asserere, cujus [...] auctorem Selestionis Parisium.

147) Hac omnia latius enarra[...] ...sa epistola XI.